



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe  
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von  
Erfurti, 1675**

**XXVIII.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**

Senatui nummos cudendi potestatem concessit, ita tamen, ut monetæ lucrum inter Electorem & urbem divideretur, ipsis rationibus officiales Moguntini inter-  
essent Lucrum illud + Schlegeschätz appelle-  
latum: scilicet Elector nummos cudebat,  
eiusdem cum veteribus valoris, non boni-  
tatis, hinc ingratos venditoribus, ut au-  
tem iis commercia subderentur, certæ  
merces, hominum usibus potissimum  
necessariæ nummis istis emi debebant, ideoque Monetarius propè latiores gradus B.  
M. Virginis, ad sinistrum latus sub fornice,  
vel caveâ potius nummos hosce permuta-  
tioni publicè proponebat, non nisi vete-  
res nummos vicissim acceptans. Regale  
hoc civibus grave, posteà in telonium a-  
biisse videtur, nec enim ejus vestigia præ-  
ter caveam supersunt.

Schlegeschätz

\* Manifestatâ pulveris nitrati violentiâ, XXVIII.  
inventisque machinis Æneis, invalescen- \* MCCCCL  
ti magis arti munimenta urbis imparia vi- XXI.  
debantur; igitur heroico ausu vallo cin- Perpetuo  
gere urbem + aggressi sunt, utque hæc vallo urbs  
ad alteram amplitudinem excresceret, om- munitur.  
nia suburbia comprehendenderunt. (a) Val-  
lum ipsum latissimâ terrarum mole exsur-  
git, undosâ fossâ radices ambiente, su-  
perius ubivis propugnatoribus ac machi-  
nis bellicis spatiösam planitiem exhibet:  
perspatia turribus amplissimis defenditur,  
quas connectere muro, cui vallum simul  
incum-

(a) MS. Chronica Erfurtenia.

incumberet, tunc cœptum, atque à monte S. Petri ad portam S. Andreæ, S. Joannis, & Krempferianam perfectum est, sed ulterius relinquere posterorum curæ voluerunt. Ipsa Cartusia magnum per hoc detrimentum passa, vallo eam pene mediam secante, ipsique incubante peri-

\* MCCCCL stylio. \* Mumenta à Coriariorum ad Schmitstetensem portam anno septuagesimo secundo erēta sunt, turribus eum referentibus. Postea rariora mumenta exsurgunt, urbe miserabili infortunio in cœptis impeditâ. Offenderat illa Apelium è familiâ Vicedominorum de Danrodâ, & complices. Occultis hi machinationibus Saxoniæ principatum affectaverant: compertâ fraude, Civitas consilium & vires Ducibus accommodarat, quibus rebelles, qui ad aliquam potentiam alcederant, persequerentur, ut supra<sup>(a)</sup> narravimus. Apelius (b) exul vindictæ

*ingens incendium  
dolo causatum.*

cupidus occasionem diris omnibus urbem affligendi quærerit Nunquam sceleri minister deest, sed hic se talis obtulit, quem vi- tæ genus virtuti destinaverat. Monachus

† ex Cœnobio portæ propè Naumburgum, excussâ disciplinâ, & cum hac pudore, licentiam hinc inde errando quærebat. Ut scelerati nomen detestari possis, Theodoricus Burkardi vocabatur. Hunc ad se vocat Apelius, & allecto in vindictæ consi-

(a) Ad annum 1448. & seq.

(b) MS. Chron. Erfurt.

consilium , præmia proponit , si flammis Erfordiam cremaret. Ille facinus spondet , ac urbem cum sociis accedit ; aliquot diebus ædes examinat , ubi gratius igni pabulum daret. Opificum , & mercatorum domus angustæ , refertæque iis , quæflammam nutriunt , idoneæ facinori visæ. Decimo nono Junii manu scelestissima domui prope mercatorum pontem ignem injicit. Æstus erat , solisque calore ligneæ scandalæ , trabes , astères , & columnæ fucciores ignem avidissimè excipiebant. Sol ipse è medio Cœlo arsit , sicque horâ primâ post meridiem flamma eruptit. † Non Pluribus in dum à primo terrore ad defensionem colle locis flamma cti cives , & dictus pons unà cum merca- erumpit.

torum domibus , tabernis , mercibus pre-  
tiosissimis , Sericis , aromatibus ab igne invadebatur. Dum extremo conatu in-  
fusis aquis extinguere flammam conaren-  
tur , alii duo ignes incendiarii dolo sup-  
positi , alter in molendino ad signum cor-  
vi , alter in platea pergamenæ propè forum  
raparum exortus. Major urbis terror e-  
rat , quod frequentem flammam scelere  
animari certa suspicio adesset ; cuncta jam  
desperata , cessumque ignium furori , qui  
omni ope celerior in plateam majorem ,  
pergamenam , arcam , pontem longum ,  
forum raparum , & illud majus infrà Basili-  
cam , & insulas , ac continentes vicinas  
debacchatus est. † Haec tenus in homines  
sævitum , nunc etiam scelus Numen

K

aggre-

Potissima  
urbis & col-  
legiatae Ec-  
clesiae deu-  
ryntur.

agreditur; ipse aër tot ignibus incaluerat, turres Collegiatæ Ecclesiæ B. M. Virginis in apicibus accenduntur, flammaque trabes invadit, ardent tigna, quibus adustis campanæ in frusta decidunt, ipsam templi navem ignis corripit, cadunt altaria, ruit dormitorium, & par clades fanum S. Severi dejicit. Chori tamen utriusque Ecclesiæ perstiterunt. Hinc in utrumque latus impetu pervagari incendium: domos Canonicorum invadere, in edita aſſurgere, omnia Petrini montis, adusque Sacellum S. Leonhardi haurire, ſimul ab altera parte inferiora depopulari, novam Civitatem aggredi, nudare Geram, Comitum de Schwarzenburg, & Reinhardtſbornensis Cœnobii Curias in cineres dejicere. Mox universus hic ignis quaſi alata acies transmontana infestat. Sileo lamenta paventium: aliis ſibi, aliis aliis fruttrà conſulebant, plures celeri malo circumventi, quæque tuta longinquitate credebantur, eodem caſu jacuerunt. Mox Schola Juris arſit, & continua ſtrage Georgi-Vallenſis, ac Electoralis Curia ceciderunt. Urbis mœnia ſupererant, quæ tandem violentiam eluſura ſperabantur. Sed non munimenta, non lapides, aut quid aliud morari poterat. Ipfæ turres mœniū succenſæ, ventoque citus ignis Brûletum ſuburbanum involabat, nec remittebat niſi cum alimento flamma, finisque incendi in extreſi ædificii cineribus factus

factus est. Prima omnium cura , † quis *In Monachum incendiarius?* fuit. Statimque fama ice-  
leris executorem publicavit. Fuga indi- *darium in-*  
gium addidit, ergo missis per omnes vias *quiritur.*  
nunciis, pili, color, membra, vestes,  
quibus nosceretur, descripta. Tandem  
† in Saxonia deprehensus, & in vinculis *Deprehen-*  
deditus est. Ingens hominum multitudo, *sus in Saxon-*  
dum adduceretur, confluxit, movitque *mia ducitur*  
aspectus iram civium: obruiſſent lapidibus *Erfordiam.*  
ſcelestum, niſi à Satellitibus, ut atrociori  
lethe ſervaretur, fuiffet defensus. Aſt  
Sacerdotium etiam in nebulone ſanctum  
yidebatur, hinc Moguntiam ad Episco-  
pum omnia ſcribuntur: ille Sacerdotem  
occidi poſſe, niſi prius degradatum, negat,  
ſuo tamen Suffraganeo, Epifcopo Hal-  
berſtadiensi, negotium ſe mandaturum,  
ut ſolenni ritu incendiarium profanet, at-  
que Judicibus tradat. Ille vocatus ſump-  
tibus Civitatis adest, & unà cum eo Mer-  
ſenburgensis & Naumburgensis Epifcopi.  
Erigitur theatrum in foro, ibique Reus  
Epifcopis, ſacris indutus vefibis, inque  
manu calicem cum patena, & azimo quāſi  
ſacrificaturus, gestans, ſiſtitur. Illi appa-  
ratum, quem dixi, adiunct, deinde ex-  
tremos digitorum articulos, quibus ſacro-  
ſanctam hostiam attigerat, inſuper Sacer-  
dotalem coronam laminā vitrā abradunt,  
ac ne poſt hac conſecret, inhibent, de-  
trahunt ordinis togam, & ſic Clericali ci-  
ngulo ſpoliatum Electorali Judicio cum ſoli-

*Supplicium* tis intercessionibus tradunt. Illud † igne  
*incendiarii* cremandum esse , qui fortunas aliorum  
 flamma subvertit , judicabat , sed non  
 simplicem pœnam atrocissimo sceleri suffi-  
 cere. Igitur à lictoribus raptus , in foro  
 majore infrà Basilicam palo alligatur , nu-  
 dataque latera forcipibus cendentibus la-  
 cerantur. Atrox spectaculum , sed quod  
 apud neminem misericordiam invenit,nec  
 penes reum pœnitentiam. Lictor miserè  
 dilaceratum , & adustum , an non de in-  
 genti facinore , de ruinis domorum & du-  
 arum præcipue Collegiatarum Ecclesia-  
 rum doleret? interrogat , ille circumspi-  
 ciens † Monasterium S. Petri nutu mon-  
 strat , integratem ejus esse , quam dole-  
 at , cætera nihil ; dummodo illud in cine-  
 ribus videret , in suos se deinde libenter  
 abiturum. Postquam vigesies & semel  
 forcipibus laceratus , in carpento extra  
 Urbem tractus , ac semianimis rogo inje-  
 ctus in pulverem ustus est. Sex Correi  
 & delicti complices igne cremati , duos

*In Correos* fumiliter a-  
*nimadver-*  
*situt.*  
 \* MCCCCL  
**xxiii.**

fuga rogo subduxit. Passim rupturæ lapi-  
 dum in ædificiis & muris istam ignis rab-  
 em hodie post duo sæcula testantur. \*

Totum Imperium & ipse Cæsar ad com-  
 miserationem motus , privilegium nun-  
 dinarum afflictæ Urbi concessit , ut facilius  
 ex clade emerget.

*In Carolum*  
**XXIX.**  
*Burgudum*  
*Erfordia*  
*Moguntini*  
*Sequimur.*

Nihil animi perdidit Erfordia. In Ca-  
 rolum Burgundum , † qui audaci pugnaci-  
 tate Imperium terruerat , bellum decer-  
 nitur.